


Iuppiter

Familia Herculis



Nōmina Familae Herculis

Perseus -ī *m* < Περσεύς
Andromeda -ae *f* < Ἀνδρομέδη

Persēs -ae *m* < Πέρσης
Alcaeus -ī *m* < Ἀλκαῖος
Sthenelus -ī *m* < Σθένελος
Helēus -ī *m* < Ἕλειος
Mēstōr -oris *m* < Μήστωρ
Ēlectryōn -ōnis *m* < Ἠλεκτρύων
Gorgophona -ae *f* < Γοργοφόνη

Astydameia -ae *f* < Ἀστυδάμεια
Anaxō (*gen* -ūs) *indecl f* < Ἀναξῶ

Amphitryōn -ōnis *m* < Ἀμφιτρύων
Alcmēna -ae *f* < Ἀλκμήνη
Iuppiter Iovis *m*

Herculēs -is *m*
Iphiclēs -is *m* = *Ἰφικλῆς*

Postquam Perseus Acrisium *cāsū* occīdit, extrā urbem *sepelīvit*. Perseus enim nūllō modō *rēgnum* Acrisī *suscipere* volēbat, ob eam causam ē Lārissae discessit et Tīryntha vēnit unde per multōs annōs imperāvit.

Ex Andrōmeda *natī sunt* fīliī sēx: Persēs, Alcaeus, Sthenelus, Helēus, Mēstōr, Ēlectryōn, et fīlia ūna nōmine Gorgophona.

Ēlectryōn *in mātrimōnium dūxit* Anaxō, Alcaeī fīliae, quae Alcmenam (matrem Herculis) *prōcreavit*. Alcaeus dūxit Astydameam unde nātus est Amphitryōn, quī Herculem ac Iphiclem *sustulit*, pater tamen Herculis Iuppiter est, Iphiclis Amphytriōn.

cāsū *abl/adv* = forte, sine causā
sepelīre -vī sepultum : mortuūs sub terrā sepeliuntur
rēgnum -ī *n* = rēgis imperium
sus-cipere -cēpī -ceptum = capere
Tīryntha *acc* < Tīryns -nthōs *f*
nāscī -nātus esse ↔ morī < mōrs
in mātrimōnium dūcere = uxōrem facere : mātrimōnium -ī *n*
prō-creāre = parere
dūxit (in mātrimōniō)
(līberōs) tollere = lībērōs (ē terrā tollere atque) alere ac dōcere

Notae

4 Tīryntha = ad Tīryntha. Nōn necesse est praepōsitiōnem “ad” addere, quandō *indicāmus* aliquem ad aliquām regiōnem īre.
14 sustulit: *mōs erat* inter antiquōs līberōs in terrām pōnere; tum pater, sī illōs *ēdūcāre* atque alere cupiēbat, līberōs ē terrā tollēbat, et mātri aut nūtrīcī dabat; fīlī quōs nōlēbat alere, in terrā relictī erant.

indicāre = significāre, clarē signāre
mōs erat = solēbat
ēdūcāre = (puerōs) alere et dōcere

Ēlectryōnis bōvēs

Pterelaus in parvīs īnsulīs taphīs prope Leucadiam habitābat

vocābula "*Ēlectryōn*" *et Amphitryōn*" hōc modō dēclinātur:

nōm	Ēlectryōn	*nōm*	Amphitryōn
gen	Ēlectryōnis	*gen*	Amphitryōnis
dat	Ēlectryōnī	*dat*	Amphitryōnī
acc	Ēlectryōna	*acc*	Amphitryōna
voc	Ēlectryōn	*voc*	Amphitryōn
abl	Ēlectryōne	*abl*	Amphitryōne



tardus -a -um celer -eris -ere

quī- quae- quod-dam = aliquis, nesciō quis

fīnēs -ium *m pl* = terra, regiō


im-pedīre ↔ sinere

cōnātus -ūs *m* (< cōnārī) = impetus

cor-ripere = statim rapere

eius : Ēlectryōnis

con-tendere -tendi -tentum = statim īre



spargere ↔ colligere

būbus *abl pl* < bōs | fuga -ae *f* < fugere : ad fugam sē dare = fūgere

spargere sparsi sparsum

celeriter *adv* < celer

col-ligere -lēgī -lectum

īnstrūmentum -ī *n* = id per quod aliquid agitur: ut culter, manūs, baculum, poculum, cētera



Ōlim rex *quīdam* nōmine Pterelaus rēgnum Mestōrīs cupiēbat. Mīsit igitur fīliōs suōs simul cum quibusdam Tēlebōīs ēx īnsulīs Thapiae ad Mycēnārum *fīnēs*. Hīc Ēlectryōn, frater Mestōris atque rēx Mycēnārum, illum *conatūm impedivit*.

Propter hoc bovēs Ēlectryōnis *corripere* cōnstituerunt. Fīliī eius autem hoc impedīre conāntur et ad pūgnam *contenderunt*.


Post haec pūgna paene omnēs fīliōs Ēlectryōnis occiderunt, Licymnius tamen servātus est nam adhūc infāns erat.

Cēterī enim Tēleboae cum Ēlectryōnis būbūs nāvibus *ad fugam sē dederunt*, unde Evērēs, fīlius Pterelaī, nāvēs cūstodiēbat. Amphitryōn tamen bovēs *sparsās* celeriter *collegit* et Mycēnās redūxit.

Notae


14 nāvibus = per nāvēs; est *ablātīvus īnstrūmentī: indicat per quod aliquid fit vel agitur*.

Amphitryōn rēgem occidit



Amphytriōn rēgem postrātus vīdit

Ēlectryōn, postquam *caedēs* filiōrum suōrum nūntiata est, cum magnō dolōre *cādavera* sepelīre iussit et rēgnum cum Alcmenā Amphitryōnī tradere cōnstituit, nam caedēm filiōrum *ulcīscī* volēbat, et ipse contrā Tēleboās *bellum īnferre* valdē cupiēbat.



clāva -ae *f*

At dum bovēs domum *attulit* ūna ē grege fugere conabātur; in eam Amphitryōn clāvam *coniēcit*, quam forte manibus tenēbat. Tum clāvam ē cornibus *repulsa est* et ad caput Ēlectryōnis saluit; ille in terrā statim *prōstrātus mortuus est*.

Post haec Stheneleus quī rēgnum eius multum cupiēbat, *occāsiōnem nactus* ē terrā Argivōrum Amphitryōna et Alcmēnam *expulit* atque ipse Mycēnārum et Tirynthōs imperiō *potītus est*.

vocābulum "*bōs*" hōc modō dēclinātur:

Singulāris		*Plūrālis*	
nōm	bōs	*nōm*	bovēs
gen	bovis	*gen*	boum (bovum)
dat	bovī	*dat*	bōbus (būbus)
acc	bovem	*acc*	bovēs
voc	bōs	*voc*	bovēs
abl	bove	*abl*	bōbus

caedēs -is *f* = mors alicuius

cadāver -eris *n* = corpus mortuus

ulcīscī ultum esse = pūnīre aliquem ob aliquam inūriam

bellum īnferre = bellum facere

af-ferre attulī allatum (ad+ferre) = sēcum ferre

quam: clāvam

con-icere = iacere

re-pellere = contrā pellere

prō-sternere -strāvī -strātum = humī iacere

morī,mortuus sum ↔ vīvere

occāsiō -ōnis *f* = tempus idōneus

nancīscī nactus esse = forte invenīre

ex-pellere = extrā pellere/dūcere

potīrī + *abl* = (rēgnum) capere, tenere, sūmere

Notae

15 (Stheneleus) nactus *est* (= invenīvit) occāsiōnem = Stheneleus tempus idōneum (ad rēgnum suscīpiendum) invenīvit.

Supplēmentum I


71 vocabula, 11 novā

(vocābula quae appāruērunt in hōc aut alterō capitulō huius librī hōc colōre scrīpta sunt)

A

ac/atque < *ad-que (quasī "et etiam" dīcitur)*: gaudeāmus atque amēmus; ille erat improbus atque saevus

ad *praep* + *acc* **1.** ad ↔ ab



2. ad = apud: Athēnās sita est ad mare = apud mare

3. 'ad' *causam indicāns*: *ad* eōs persequendōs = ut eōs persequerētur

ad-dere -didī -ditum = (< ad + dare) adicere, adiungere ↔ ēlīdere

alere, aluī, altum = cibum dare: ut avēs pūllōs alit, aut matrēs īnfantem.

aliquis, aliquid (*prōn indef*) *persōnam aut rem incertam significat*:

aliquis = nesciō quis

aliquid = nesciō quid

annus -ī *m*: 1 annō habet 12 mensēs

antīquus -a -um ↔ novus

apud *praep* + *acc: indicat aliquis est prōximum ab aliquō;*

apud eum = cum eō, ante eum

apud lectum = ad lectum

aut *coni disiūnctīva quā duo ōrātiōnis integrās vel membra eius alteram alterī disiungimus*: cape tantum ūnum pirum *aut* mālum

disiūnctīvus -a -um < dis-iungere ↔ coniungere

C

cāsus -ūs *m* < cadere; *est etiam cāsus grammaticālis* ut nōminātīvus et genētīvus

cāsū *abl* = forte, sine causā

causa -ae *f* = quod nōn forte accidit; quā dē causā? = cūr

cupere -īvī/iī, cupitum = velle, optāre

D

dāre, dedī, datum (*aliquid alicui*)




aliquis pecuniam virō dat

discēdere, discessi, discessum = abīre ↔ venīre

dūcere, dūxī, ductum = trahere, facere ut aliquis aut aliquid moveātur

E

ē, ex *praep* + *abl* ↔ in + *abl*



ēducāre = (aliquem) alere et dōcere

enim *coni* = nam, certē, profectō

esse, fuisse, futūrum esse/fore = Mercurius deus *est*, Caesar homo *est*; oculī in capite *sunt*

et *coniu cōpulatīva, coniungit duās vel plūra vōcabula:*

1. in capite oculōs *et* nasum *et* ōrem *et* aurēs habēmus

2. et = etiam

cōpulatīvus -a -um = coniunctus

extrā *praep* + *acc*

1. ↔ intrā



2. dē *rēbūs abstrāctiīs*: extrā perīculum = sine periculum, quī nōn in perīculō sum: (**abstractus -a -um** = quī nōn corpus habet)

F

familia -ae *f* (< **famulus -ī** *m* = servus)

1. *propriē*: omnēs quī sub imperiō dominī alicuius sunt

2. hominēs ūnius domūs: ut parentēs, liberī et cēterī

3. quī idem cognōmen habent

fīlia -ae *f*: līberī fēminae sunt fīliae ↔ fīlium

fīlius -ī *m*: līberī masculī sunt fīliī ↔ fīlia

masculus -a -um ↔ fēminīnus

I

ille, illa, illud *prōn III pers*: hic est prope mē, *ille* es procul ā mē

imperāre + *dat* = imperium habēre; dominus esse, praeesse

in *praep* + *abl* ↔ ex

in *praep* + *acc* = contrā, ad: impetum facere contrā hostēs = in hostēs

indicāre = significāre

īre, iī/īvi, ītum = venīre; adīre: pedibus mōvetur et ad locum īmus

L

līberī, -ōrum *m pl* = quī ex mātre et patre natī sunt

M

māter -tris *f* = parēns, quī fīlium peperit

mātrimōnium -ī *n*:

in mātrimōnium dūcere = uxōrem facere

modus -ī *m* = ratiō, via aut fōrma quā aliquid fit

mōs, mōris *m* = id quod fierī solet: **mōs erat** = solēbat

N

nāscī, nātum sum = in vītam venīre, orīrī ↔ morī

necesse est +*dat* + *inf* = oportet, convenit, opus est: necesse est *homini* spirāre sī *vīvere* voluit.

nōlle, noluī (< *nōn* + *velle*) ↔ velle

nōmen -minis *n* = vocābulum quō singulae rēs appellantur: Iūlius nōmen est

nōmine *abl* = appellātus -a -um

nōn *adv negāndi*: deus *nōn* mortālis est, sed immortālis

nūllus -a -um = nē ūnus quīdem ↔ ūllus

nūtrīx, nūtrīcis *f* (< **nūtrīre** = alere) = fēmina quae in locō matre infāns alit

O

ob *praep* + *abl* = propter, per (*causam aut fīnem significat*):

ob eam rem = propterēā;


quam ob rēm = cūr, quārē: vīx audīre potest ob magnum sonum = cūr magnum sonum habeat

oc-cīdere -cīdī -cīsum (< ob + caedere) = interfīcere, necāre

P


pater, patris *m* = parēns, vir

quī fīliōs habet et cūrat
per *praep* + *acc*: **1.** *indicat trānsitum aut mōtum per locum vel rēm*: per hortum it, per imbrem venit
trānsitus -ūs *m* < trānsīre
mōtus -ūs *m* < movēre



per hortum it

2. *indicat causam aut instrūmentum*: nōn possum dormīre per tantum strepitum.
3. *dē tempore*: per noctem, per septem diēs.
4. *dē persōnīs*: per nūntiōs omnia cognōvīs, pēr omnēs deōs tē ōro.
pōnere, posui, positum



ūna lira est duae lirae *pōnitur*

postquam *adv* ↔ antequam: prīmum diēs est, deinde nox: postquam diēs est nox
praepositiō *f* (< **prae-pōnere** = ante pōnere): *pars ōrātiōnis indeclīnābilis quī prae aliquō verbō pōsita est*, ut *prō, in, apud, extrā, dē, ad,ab*
prō-creāre = parere: avēs ova pariunt, homō infāntem

Q

quandō *adv*
1. *adv* = quō tempore;
2. *coni temporālis* = cum, ubi
3. *coni causālis* = quoniam

temporālis -e < tempus
causālis -e < causa
quī, quae, quod *prōnomen relātīvus et interrogātīvus*:
Relātīvus:
1. dominus servum *quī* est improbus verberat
2. **quī, quae, quod** = is quī, ea quae, id quod:
(ea) quae parit māter est
(id) quod dīcit nōn est vērum

Interrō: *vide* **quis, quid**
quī/quae (= quis) plōrat?
quod (= quid) instrumentum?
prōnomina relātīva: *quī, quālis, hīc, ille* et *cēt.*

R

regiō -ōnis *f* = pars terrae, locus
rēgnum -ī *n* = rēgis imperium
re-linquere -līquī -lictum = ab aliquō abīre: Thēseus Ariadnam in īnsulā reliquit

S

sepelīre -vī sepultum : mortuus sub terrā sepeliuntur
sī *coni condiciōnem indicāns*: sī A, tum B accidit (aut nōn accidit).
1. + *indic*: sī homō est, mōrtālis est; sī oculōs habet, vidēre potest
2. + *coniu*: sī alās habērem volāre possem, sī rex fuissem multā pecunia habērem.
supplēmentum -ī *n* = quod additur
sus-cipere = capere

T

tamen *coni adversātīva quae saepe ad respondendum pōnitur:* ↔ **itaque**: ea pauper erat is *tamen* multum amābat (*respondet: is multum amābat quamquam ea pauper erat*)
terra -ae *f* ↔ mare
tollere, sus-tulī, sub-lātum = levāre



fēmina manum tollit

tollere līberōs = (ē terrā līberōs tollere atque) alere atque ēdūcāre
tum, tunc = illō/eō tempore; deinde; praetereā

U

unde/unde? = ā quō locō, ex quō loco; *cui respondet:* inde et eō
ūnus -a -um (*numerus*) = I,1
urbs, urbis *f* = oppidum quod moenia habet



V

velle, voluī = cupere; optāre, dēsīderāre ↔ nōlle
venīre, vēnī, ventum = īre, adīre

Nōmina Propria

Acrisius -ī *m* < Ἀκρίσιος = pater Danaēs, avūs Perseī
Alcaeus -ī *m* < Ἀλκαῖος = fīlius Perseī et Andromedae
Alcmēna -ae *f* < Ἀλκμήνη = māter Herculīs, fīlia Anaxūs et Ēlectryōnis
Amphitryōn -ōnis *m* < Ἀμφιτρύων = pater Iphiclis, marītus Alcmēnae, fīlius Alcaeī et Astydameae
Anaxō (*gen* **-ūs**) *indecl f* < Ἀναξῶ = uxor Ēlectryōnis, māter Alcmēnae
Andromeda -ae *f* < Ἀνδρομέδη = fīlia Cēpheī, uxor Perseī
Astydameia -ae *f* < Ἀστυδάμεια = uxor Alcaeī, māter Amphitryōnis
Danaē -ēs *f* < Δανάη = māter Perseī
Ēlectryōn -ōnis *m* < Ἠλεκτρύων = fīlius Perseī et Andromedae, Alcmēnae pater
Gorgophona -ae *f* < Γοργοφόνη = fīlia Perseī et Andromedae
Helēus -ī *m* < Ἕλειος = fīlius Perseī et Andromedae
Herculēs -is *m* = fīlius Iovis et Alcmēnae
Iphiclēs -is *m* < Ἰφικλῆς = fīlius Amphityōnis et Alcmēnae, frater Herculis
Iuppiter Iovis *m* = maximus dēorum
Lārissa -ae *f* < Λάρισσα = urbs in Thessaliā, cuius rēx Acrisius fuit
Mēstōr -oris *m* < Μήστωρ = fīlius Perseī et Andromedae
Persēs -ae *m* < Πέρσης = fīlius Perseī et Andromedae
Perseus -ī *m* < Περσεύς = Iovis et Danaēs fīlius
Sthenelus -ī *m* < Σθένελος = fīlius Perseī et Andromedae
Tīryns -nthos *f* < Τίρυνς = urbs in Pelopponēsō

Vocābula repetīta

mātrimōnium -ī *n*:
in mātrimōnium dūcere: *Perseus III*
tollere līberōs: *Perseus Supp I*

Supplēmentum II

63 vocabula, 8 nova

(vocābula quae appāruērunt in hōc aut alterō capitulō huius librī <u>hōc colōre</u> scrīpta sunt


A

ac/atque < *ad-que (quasī "et etiam" dīcitur)*: gaudeāmus atque amēmus; ille erat improbus atque saevus

ablātīvus -ī (cāsus) *m* < auferre)

ad *praep* + *acc*

1. ad ↔ ab



2. = apud: Athēnās sita est ad mare = apud mare

3. '**ad**' *causam indicāns*: *ad* eōs persequendōs = ut eōs persequerētur

adhūc *adv* = ad ūsque hoc tempus

agere, ēgī, āctum

1. = quiētum esse

2. = dūcere (pecora vel nāvem)

3. = gerere

aliquis, aliquid (*prōn indef*) *persōnam aut rem incertam significat*:

aliquis = nesciō quis


aliquid = nesciō quid

autem *coni adversātīva quae leviter duae rēs contrā pōnitur*: improbī servī baculum dominum timent, Onesimus <u>*autem*</u> bonus servus est (et nōn baculum timet) *vide:* **at, autem, tamen, sed, vērō**

adversātīvus -a -um = quī adversus aliquid est

B

bōs, bovis *m/f*



C


celeriter *adv* < celer -eris -ere



tardus -a -um ↔ celer -eris -ere

cēterī -ae -a *pl* = reliquī, aliī (quī supersunt)

col-ligere -lēgī -lectum ↔ spargere



spargere ↔ colligere

cōnārī, conatus sum = operam dare

cōnātus -ūs *m* (< conārī) = animī vel corporis impetus

cōnstituere, -stituī -stitūtum = statuere

con-tendere -dī -tentum = statim īre

cor-ripere = statim rapere

cum *prep* + *abl* ↔ sine



cum amīcō sine amīcō

cupere -īvī/iī, cupitum = velle, optāre

cūstōdīre 1. = aspicere et tūtum facere **2.** = servāre, tuērī

D

dāre, dedī, datum (*aliquid alicui*)




aliquis pecuniam virō dat

E

ē, ex *praep* + *abl* ↔ in + *abl*

ex hortō it



in hortō est

enim *coni* = nam, certē, prōfectō

esse, fuisse, futūrum esse/ fore = Mercurius deus *est*, Caesar homo *est*; oculī in capite *sunt*

et *coni cōpulatīva, coniungit duās vel plūra vōcabula:* in capite oculōs <u>*et*</u> nasum <u>*et*</u> ōrem <u>*et*</u> aurēs habēmus

et = etiam

cōpulatīvus -a -um = coniunctus

F

fierī, factus sum = accidere, vidērī

fīlius -ī *m*: liberī masculī sunt fīliī ↔ fīlia

masculus -a -um ↔ fēminīnus

fīnis -is *m* ↔ initium

fīnēs -ium *m pl* = terra, regiō

frāter, frātris *m* = quī eōsdem parentēs habet

fuga -ae *f* < fugere

ad fugam sē dare = fūgere

H

hīc *adv* = in hōc locō

hic, haec, hoc *prōn III pers: hic* est prope mē, *illē* es procul ā mē

I

igitur *coni quae fīnem sermōnem indicat:* **1.** = ergō, enim **2.** = tum, inde, posteā

im-pedīre ↔ sinere

indicāre = significāre

ille, illa, illud *prōn III pers*:

I. *egō* sum fēlix,

II. *tū* es fēlix,

III. <u>*ille/ille*</u> est fēlix

īnfāns -antis *m/f*



īnstrūmentum -ī *n* = id per quod aliquid agitur ut *culter, manūs, baculum, poculum*, cētera

īnsula -ae *f* ↔ terra continēns




is, ea, id *prōn III pers*: egō sum fēlix, tū quoque es fēlix, <u>*is*</u> etiam fēlix est

M

mittere, missī, missum

1. = aliquid ad curandum perferre: flōrēs ad eam <u>*mittere*</u>

solēbat, litterās mihi *mīsit*
2. = īre iubēre, dīmittere, sinere abīre ↔ prehendere
3. = iacēre: pīla in eōs *mittunt*
mittere sanguinem = vēnam aperīre




N

nam *coni quae explicandī causā pōnitur*: nōn solus venit, nam familia apud eum est
nāvis -is *f* = vehiculum quod per aquam iter facimus
vehiculum -ī *n* < vehere
nōmen -minis *n* = vocābulum quō singulae rēs appellantur
nōmine *abl*: vir nōmine Davus; vocat feminam nōmine Iūliam = **appellātus -a -um**

O

oc-cīdere -cīdī -cīsum (< ob + caedere) = interfīcere, necāre
ōlim *adv* = aliquandō, aliquō tempore, antīquō tempore
omnis -e ↔ nūllus, nēmō
nōn omnēs = aliquis
omnia ↔ nihil

P



per hortum it

paene *adv* = minimum abest, ferē, quasi, prope
per *praep* + *acc*
1. *indicat trānsitum aut mōtum per locum vel rēm*: per hortum it, per imbrem venit
trānsitus -ūs *m* < trānsīre
mōtus -ūs *m* < movēre
2. *indicat causam aut instrūmentum*: nōn possum dormīre per tantum strepitum.
3. *tempus*: per noctem, per septem diēs.
4. *hominēs*: per nūntiōs omnia cognōvīs, per deōs tē ōro.
post *praep* + *acc* ↔ ante: ante merīdiem ↔ post merīdiem
post *adv*: **paulō post** = post paulum temporis
propter *praep* + *acc significat causam, aut fīnem, ob quem aliquid fit*: propter amōrem id fēcit; *vide*: **propter hoc, propter-eā, quā-propter**
pugna -ae *f* = < pugnāre

Q

quī, quae, quod *prōnomen relātīvus et interrogātīvus*:
Relātīvus:
1. dominus servum quī est improbus verberat
2. quī, quae, quod = is quī, ea quae, id quod:
(ea) quae parit māter est
(id) quod dīcit nōn est vērum
Interrō: *vide* **quis, quid**
quī/quae (= quis) plōrat?
quod (= quid) instrumentum?
prōnomina relātīva: *quī, quālis, hīc, ille* et *cēt.*

quī-dam, quae-dam, quod-dam *prōn indēf* = aliquis, nesciō quis

R

re-dūcere -dūxi -ductum = denuō dūcere
rēgnum -ī *n* = rēgis imperium
rēx, rēgis *m* = quī regit seu habet imperium alicuius regiōnis aut populī aut urbis

S

servāre = tūtus esse; tūtum facere, tuerī ↔ perdere
simul *adv* = ūnā
spargere, sparsī, sparsum ↔ colligere
suī, sibi, sē (sēsē) *prōn* < suus -a -um
supplēmentum -ī *n* = quod additur
suus -a -um = *prōn possessīvus* (< **possidēre** = tenēre) ut: **meus, tuus, suus, noster, vester**: servus *tuus* est impiger, *suus* piger

T

tamen *coni adversātīva* ↔ **itaque**, *saepe ad respondendum pōnitur:* ea pauper erat is *tamen* multum amābat = *is multum amābat quamquam ea pauper erat)*
adversātīvus -a -um = quī adversus aliquid est

U

unde/unde? *adv* = ā quō locō, ex quō loco

V

vel *coni disiunctīva quae iungit duās aut plūrēs vocabulās ēligendī causā:* annus 12 mensēs *vel* 365 diēs habent
coni disiunctīvae: aut, seu/ sīve, vel
disiūnctīvus -a -um ↔ coniūnctus

Nōmina Propria

Amphitryōn -ōnis *m* < Ἀμφιτρύων = pater Iphiclis, marītus Alcmēnae, fīlius Alcaeī et Astydameae
Ēlectryōn -ōnis *m* < Ἠλεκτρύων = fīlius Perseī et Andromedae, Alcmēnae pater
Evērēs -is *m* < Εὐήρης = fīlius Pterelaī, servatus tantum quod nāvēs custodiēbat
Leucadia -ae *f* < Λευκαδία = īnsula in mare Iōnium
Licymnius -ī *m* < Λικύμνιος = fīlius Ēlectryōnis, servātus nam infāns erat
Mēstōr -oris *m* < Μήστωρ = fīlius Perseī et Andromedae
Mycēnae -ārum *f pl* < Μυκῆναι = urbs antīqua in Argolide
Pterelaus -ī *m* < Πτερέλας = fīlius Taphī et Hippothoēs (quī erat fīlia Mestōris)
Taphia -ārum *f pl* < Τάφιοι = parvae īnsulas prope ā Leucadiā
Tēleboae -ārum *m* < Τηλεβόαι = īncolae īnsulae Thapiae

Vocābula repetīta

con-tendere -dī -tentum Perseus VII
indicāre Hercules Supp I
rēgnum -ī *n* Hercules Supp I

Supplēmentum III


68 vocabula, 14 nova

*(vocābula quae appāruērunt in hōc aut alterō capitulō huius librī **hōc colōre** scrīpta sunt*

A

af-ferre at-tulī al-latum (ad + ferre) = sēcum ferre

ad *praep* + *acc* **1.** ad ↔ ab



2. ad = apud: Athēnās sita est ad mare = apud mare

3. 'ad' *causam indicāns*: *ad* eōs persequendōs = ut eōs persequerētur

at *coni adversātīva quae contrā aliōs et nōs ponemus*: Ille est bonus vir, et pecuniōsus, *at* eum nōn amō!

vide: **at, autem,tamen, sed, vērō**

adversātīvus -a -um = quī adver-sus aliquid est


ac/atque < *ad-que (quasī "et etiam" dīcitur)*: gaudeāmus atque amēmus; ille erat improbus atque saevus

B

bellum, -ī *n* = pugna inter populōs ↔ pāx

bellum īnferre = bellum facere

bōs, bovis *m/f*



C

cadāver -eris *n* = corpus mortuus

caedēs -is *f* (< caedere) = quī interfectus est

caput, capitis *n*



clāva -ae *f*



cōnārī, conatus sum = operam dare

con-icere -iēcī -iectum = iacere

cōnstituere -stituī -stitūtum = statuere

contrā *praep acc* = in + *acc*: impetum facere *contrā* hostēs (= in hostēs)

cornū, cornūs *n* = taurum duōs cornūs in capite habet



cum amīcō



sine amīcō

cum *praep* + *abl* ↔ sine

cupere -īvī/iī, cupitum = velle, optāre

D

dolor, dolōris *m* < **dolēre, doluī, dolitum**: quī aegrotat aut vulnerātus est sē *dolet*

domus, -ūs (*loc* **domī**) *m* = locus ad habitandum aptus

dum *adv*: homo est dīves dum multās pecūniās habeat

E

ē, ex *praep* + *abl* ↔ in + *abl*

esse, fuisse, futūrum esse/ fore = Mercurius deus *est*, Caesar homo *est*; oculī in capite *sunt*

et *coni cōpulatīva, coniungit duās vel plūra vōcabula:* in capite oculōs et nasum et ōrem et aurēs habēmus

et = etiam

cōpulatīvus -a -um = coniunctus

ex-pellere = extrā pellere/ dūcere

F

fīlius -ī *m*: liberī masculī sunt fīliī ↔ fīlia

masculus -a -um ↔ fēminīnus

forte *adv* = fortūnā accidente, quō sine causā accidit

fugere, fūgī, fugitum: fugit quī perīculō vitāre vult

G

grex, gregis *m* = multitūdo animālium

H

hic, haec, hoc *prōn III pers:* *hic* est prope mē, *illē* es procul ā mē

I

idōneus -a -um = conveniēns, bonus, dignus

ille, illa, illud = *prōn III pers*: hic est prope mē, *illē* es procul ā mē

imperium -ī *n* = quod habet dominus in servōs, pater in fīliōs, maritus in uxōrem

in *praep* + *abl* ↔ ex

in *praep* + *acc* = contrā, ad: impetum facere contrā hostēs = in hostēs

in-ferre = intrō dūcere/ferre

in-venīre -vēnī -ventum = reperīre, aliquid *invenīmus* sī id quaerimus: aqua in marī vel rivō *invenītur*; arborēs in silvā *inveniuntur*


ipse, ipsa, ipsum *prōnomen dēmōnstrātīvum:* nōn alter sed rēx *ipse* hostēm occidit ↔ alius, alter

is, ea, id: *prōn III pers*: egō sum fēlix, tū quoque es fēlix, *is* etiam fēlix est

iubēre, iussī, iussum = imperāre

M

magnus -a -um ↔ parvus



magnus ↔ parvus

manus -ūs *f*: sub brachiō duās manūs habēmus



morī, mortuum sum ↔ vīvere, nascī

multī -ae -a *pl* ↔ paucī



paucī multī

N

nam *coni quae explicandī causā pōnitur*: nōn solum venit, *nam* familia sua apud eum est

nancīscī nactus esse = forte

invenīre

nūntiāre = verba mittere ut nūntius facit

O

occāsiō -ōnis *f* = tempus idōneus seu conveniēns

P

post *praep* + *acc* ↔ ante: ante merīdiem ↔ post merīdiem

post *adv*: **paulō post** = post paulum temporis

postquam *adv* ↔ antequam: prīmum diēs est, deinde nox: postquam diēs est nox

potīrī + *abl* = (rēgnum/imperium) capere seu tenere

prō-sternere -strāvī -strātum = humī iacere

Q

quī, quae, quod: dominus servum *quī* est improbus verberat

rēgnum -ī *n* = rēgis imperium

re-pellere = contrā pellere

S

salīre, saluī, saltum



sepelīre -vī sepultum : mortuus sub terrā sepeliuntur

statim *adv* = prōtinus, continuō

sus-cipere = capere

suus -a -um = *prōn possessīvus* (< **possidēre** = tenēre) ut: **meus**, **tuus**, **suus**, **noster**, **vester**: servus *tuus* est impiger, suus piger

tempus, temporis *n* = quod facit omnia movētur et fit
tempora annī: aestās, hiems, vēr et autumnus;
tempora verbī: praesēns, praeteritum, futūrum
tempus est: mane iam est et, tempus est laborāre, cum nox est, tempus est dormīre

T

terra -ae *f* ↔ mare

trādere, trādidī, trāditum = dē manū in manum dare

tum *adv* = illō/eō tempore; deinde; praetereā

U

ulcīscī ultum esse = pūnīre aliquem ob aliquam inūriam

ūnus -a -um (*numerus*) = I,1

V

valdē *adv* (< *validē*) = multā vī, in modum maiōrem, multum

velle, voluī = cupere; optāre, dēsīderāre ↔ nōlle

Nōmina Propria

Alcmēna -ae *f* < Ἀλκμήνη = māter Herculis, fīlia Anaxūs et Ēlectryōnis

Amphitryōn -ōnis *m* < Ἀμφιτρύων = pater Iphiclis, marītus Alcmēnae, fīlius Alcaeī et Astydameae

Argīvus -a -um (< Ἀργεῖος) < **Argōs -ī** *n* < Ἄργος = caput Argolidis, urbs in Peloponnēsō

Ēlectryōn -ōnis *m* < Ἠλεκτρύων = fīlius Perseī et Andromedae, Alcmēnae pater

Mycēnae -ārum *f pl* < Μυκῆναι = urbs antīqua in Argolide

Stheneleus -ī *m* < Σθένελος = fīlius Perseī et Andromedae

Tēleboae -ārum *m* < Τηλεβόαι = incolae īnsulae Thapiae

Tīryns -nthōs *f* < Τίρυνς = urbs antīqua in Argolide

Vocābula repetīta

con-icere -iēcī -iectum Perseus I

rēgnum -ī *n* Hercules Supp I

sepelīre -vī sepultum Hercules Supp I

sus-cipere Hercules Supp I